

CCM

Carmina Nuptiis

ORNATISSIMI
ET DOCTISSIMI
IUVENIS

D N. MATTHAEI
MULLERI,
SPONSI

ET

*Pudicissima ac venustis-
sima virginis.*

ANNAE,

Integerrimi & præstantissimi viri

D N. ANDRÆ SEIFARTI
Primarii Hallensis

FILIAE, SPONSÆ

Celebratis die 22. II Xbris

Anno Christi 1599.

dedicata ab

Amicis.

HALÆ, typis Pauli Græberi.

LEO. M. Gemina Nuptia
ORNA TISSIMI

ET DOCTISSIMI

IVVENIS

D. N. MATHEI

M. L. E. R. A.

S. P. O. N. S. I

ET

Pudicissima ac castissima

Virgo virginis

Integerrima & praestantissima

DR. ANDREA ZIERERII

Invenio Anno Domini 1799.

Invenio Anno Domini 1799.

Invenio Anno Domini 1799.

Invenio Anno Domini 1799.

Invenio Anno Domini 1799.

MATTHÆVS MOLLERVS

ἐναγγελλιατικῶς.


LEO, MEL, RVS, THVS, AMAT.



Ntra *Leo, Mel, apis, solers Rvs cultor agrorū,*
Thus Amat æternus, qui regit astra, Deus.
Sed Sponsus gaudet Sponsi: quæ si sit
honestæ,

Et virtutis amans; cor beat ecce viri.
O te felicem planè, pleneq; beatum!
Qui talem nactus; Sponsæ; fruere bonis.
Gratulor uxorem, certam viræq; salutem:
Gratulor ex animis optima dona Dei.

M. IACOBVS VDALRICHVS,
Ilmenocensis, Hennebergicus.



OVIDIVS.

Vt ameris, amabilis esto.



Ntiquum verbum est: Vt ameris, amabilis esto,
Hoc vetus, at verum est: hic & ubiq; valet:
Nam quicumq; DEVM, Musas, castasq; puellas
In terris coluit, gratus amator erit.
Gratus amator erit, qui non de tramite recto
Avertit gressus, ingeniumq; suum,
Sed Domini leges noctesq; diesq; revolvit:
Is sentit vitæ fata benigna suæ.
Sentit & illè Patrem rerum bonum amicus amicū.
Æquus qui iudex, inq; bonos bonus est.

A 2

Qua

Qui coluit Musas, doctosq; viros veneratur,
Gratus amator adest; hic & ubiq; valet.
Illius illustrat claro splendore tenebras
Ipse, sacrae Sophiae fons & origo, DEVS,
Et si quem dulci retulerunt carmine Musa,
Ille, vel invitâ morte, superstes erit.
Gratus, qui vitæ rimatur iter melioris
Associans sociam, qua sibi sola placet.
Sic lex sancta jubet; sic rerum postulat usus.
Ut dignus sit vir virgine, virgo viro.
Illicitos si quis Paphia sectatur amores,
Hunc rapit ad penam vindicis ira DEI.
Experis exemplum, totum, circumspice, mundum
Perdidit & perdit regna domosq; Venus.
Tu quoq; gratus eris, felici sidere nate:
Dum Matthae tibi festa canenda paras:
Rectè agis, in casto thalamo quod vivere mavis,
Quàm turpis Veneris turpia furtâ sequi.
Felix, qui patriâ parvo contentus in Halla
Degis, ubi proavis res fuit ante tuis.
Munera mille DEVS, misit tibi carmina LVCAS,
ANNAq; post annos annua dona feret.
Quarè, SPONSE, DEVM, Musas, ANNA Mq;
Vsq; ut ameris, ama, dum iua fata sinunt. (maritam,
Tunc te servabit DEVS in discrimine duro,
ANNA tibi & Musæ dulce levamen erunt.
Ultima verba canam: hæc tu condita mente teneto:
Officiis certes ac, ut ameris, ama.
VOTVM.
Vivat Matthæi Cumæos ANNA perennos,
Et videat natos ANNA perenne suos.

Stro


Strophe Iambica.

Maritus est felix quater,
Lætusq; vivit, quem PATER
Sano beavit corpore,
Auro, piaq; conjuge.

Numerale Distichon.

Post LVCæ LVCeM CeLebrIs LVX fVLget In orbe,
Sponsa plo sponso en ANNA VenVita Ven't.

M. LVCAS PEIFERVS Pegav
Theolog. Stud.



Alnæ Sionides, flatûs celestis alumnae,
Delapsæ celeres aethere ferte pedes.
Decantate novum melos, accinite atq;
jugalis

Laudibus egregiis carmina plena tori.
Supremus postquam Genitor præfecerat Horto
Primum hominem; hunc sociâ destitente tori.
Cœpit hic assiduo gemitu ingeminasse querelas,
Et tales tristi promisit ab ore sonos:
Cervus habet cervam comitem; caper atq; capellam;
Heu Soli socia est fida negata mihi!
Num solus tantis opibus fruatur, absq; sodali?
Frigida nec socio membra levabo toro?
Gaudia sunt hæc grata minus; quæ percipit unus;
Si sociâ vacuus destituatur ope.


Dixerat:

Dixerat: Altitonans Deus has bibulâ aure querelas
Hauit, qui torquet numine cuncta suo.
Imò & Adæ sociam mox associabimus, inquit,
Tristia cùm mœsto corda dolore gerat.
Sertit Adam patulæ recubans sub tegmine frondis,
(An fuerit, dubito, dulcior ulla quies)
Huic pater omnipotens madefactam sanguine costam
Eximit, unde piæ virginis ora creat,
Dicens: Legitimo tibi foedere jungo maritam,
Solicitus voto quam repetente petis.
Crescere, & à vobis descendat multa propago;
Atq; animos nectat verus & unis amor.
Confortes thalami, hinc patet, esse ex asse beatos,
Acceptosq; Deo, quos iuvat esse probos,
His, se, promisit veraciter, affore semper,
Æterni patris filius omnipotens.
Iam quis te verè non censeat esse beatum,
O par mellitum! quod pius urit amor?
Vos ego felices, ego vos toto asse beatos,
Sponse, mihi frater, sponsaq; casta, puto.
S P O N S E, cui caput Aonias efferre per artes
Noctes atq; dies maxima cura fuit;
Sponsa, puellarum præfulgida stella coronæ,
Ornavit donis quam venus alma suis.
Surrexit melior quoniam sententia menti,
Æthere lata, pii vincla subire tori
Author conjugii, primos qui junxit amantes,
Is quoq; vos stabili jungat amore, Deus.
Vivite concordēs, veluti cum turture turtur:
Mutuus adsit amor, at procul absit iræ.

Iugiter

Iugiter alterius, precor, adeat alter amorer,
Atq; ferat vester pignora mille torus.

Georgius Mullerus sponsi frat.



ΕΥΧΗ

Ad Eosdem νεογάμους.

NON STATUS est VITÆ in vita ullus
acerbior omni,

Cui sit opus voto fervidiore; TORO.
Vota volant: sed quo quis amicus amicior; ille
Pectore devoto fert pia vota magis.
His quia ego reputor, puto qui tua commoda,
nostra;

Quæ fero, de vero corde profecta, fero.
Æternam Iova det Vitam; Sobolemq; Cubile;
Annos, Fata; decus, Sors Bona; Copia, opes;
Annos & tecum Tua transigat ANNA perennes;
Fauſta recurrentes usq; feratq; dies.
Hæc animi mea vota pii; polus annuit illis:
Litera inest votis irrita nulla piis.

IOACHIMVS CÆSAR
Halensis,



AB 113 723

ULB Halle

3

002 387 581



TA → a

Iuno et p̄hem̄

Iarur̄ ier̄m̄ r̄m̄

Ixi uet̄erum.

Inch̄as. **offer**

Ileat̄m̄.

Ier̄m̄. que sp̄

Ita sim̄ honor

Isolit̄ate

Int̄. **De. H. I. I.**

Ier̄m̄ or̄sarȳ ur̄


Int̄. **I. I. I.**

caritas tua non recedat
ocula. et rogabis sacramentū ier̄m̄
clonis **offer** **A. D. I.** **Ab̄s̄er̄ma.**

Omn̄es refecti sacramentū **I. I. I.**
tis et gaudens supplices te dōne
deprecantur. ut quos q̄si amittit
tr̄ip̄m̄ p̄rogam̄ amittit. **A.**
Th̄eod̄m̄ r̄m̄. B̄l̄eada r̄m̄.

Ius qui nos ier̄m̄ **De. I.**
dōm̄ ier̄m̄ tuā cōm̄. **Th̄eod̄m̄ r̄m̄. B̄l̄eada r̄m̄.**
rosā m̄iūd̄as et p̄rogas **I. I. I.**
nobis eius im̄tationē p̄rogas
et or̄atione filiorū. **I. I. I.** **Th̄eod̄m̄ r̄m̄. B̄l̄eada r̄m̄.**
uill̄as. **De. I. I. I.** **Th̄eod̄m̄ r̄m̄. B̄l̄eada r̄m̄.**





Carmina Nuptiis
ORNATISSIMI
ET DOCTISSIMI
IUVENIS
D N. MATTHAEI
MULLERI,
SPONSI
ET
Pudicissima ac venustis-
sima virginis.
ANNAE,
Integerrimi & praestantissimi viri
D N. ANDRHAE SEIFARTI
Primarii Hallensis
FILIAE, SPONSAE
Celebratis die 22. II Xbris
Anno Christi 1599.
dedicata ab
Amicis.
HALAE, typis Pauli Græberi.

